

LECTIONES PVBLICAS

ET PRIVATAS,

PER INSTANS SEMESTRE AESTIVVM

IN ACADEMIA LVDOVICIANA

DEO AVSPICE HABENDAS,

RECTOR

JAC. FRIDERICUS

MÜLLER,

ORDINARIVS PHILOSOPHIAE PROFESSOR,

CVM VNIVERSO

SENATV ACADEMICO

INDICIT, ET AD EAS, SEDVLO AVDIENDAS,

GENEROSOS NOBILISSIMOSQVE OMNIUM FACVL-

TATVM STUDIOLOS PERAMANTER INVITAT

D. XI. K. MAI. ANNO M DCC XXXVII.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

GISSÆ, TYPIS EBERH. H. LAMMERS, ACAD. TYPOGR.



In Facultate Theologica.

D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,

Prof. P. Ord. Superintendens districtus Marburgo-Darmstad.

Consistorialis & h. t. Decanus:

IN lectionibus publ. hor. XI. Collegium Pastorale ad Institutiones B. Doct. FECHTII, nec non priuatim illam arduam de Conciliis materiam hor. IX. ad finem perduxit. Quare nunc volente Deo B. D. RECHENBERGII Syllabum controuersiarum, ex libris Symbolicis adornatum, eadem hora inter priuatos parietes, loco lectionum publicarum, proponet, sicque disputando auditores probe exercebit, ut insimul libros Symbolicos sibi magis magisque cognitos reddant. Hora IX. collegium exegetico-practicum ad ductum institutionum propriarum MStarum; & B. Doct. RAMBACHII resumet, & ubi tempus permittet, lectiones biblico-cursorias in libros Samuelis continuabit.

REINH. HENR. ROLLIUS, D.

Prof. Publ. Ord. Consistorii Eccles. Assessor, ac districtus

Alsfeldensis Superintendens.

Publice hora decima post MARTINI CHLADENII Institutiones Theologiae Moralis, quarum explicatio trimestre adhuc superioris semestris spatium requirebat, altero eiusdem trimestri in *historiam passionis Dominicae*, ex quatuor Evangelistis coagmentatam, commentari constituerat. Sed cum postmodum, labore illo, spacio tam exiguo, defungi se non posse secum reputaret, eum in semestre aetivum differre consultum duxit, intereaque aliam quandam materi-

am

am biblicam proposuit, *Comparisonem Marci Evangelistæ cum Matthæo* propinquantem, qua illum hujus non esse breviatorem, quod nostra ætate magno conatu asseruit WILHELMVS WHISTON, in divinam Marci auctoritatem oppido injurius, clarissimis argumentis evicit, multisque simul utriusque scriptoris sacri dictis lucem affundere conatus est. Novo vero hoc semestri dictam *Commentationem in historiam passionis Christi* eadem hora X. aggredietur, potiora singularum pericoparum, in quas commode ea distinguitur, momenta, uti pollicitus est, in calamum dictaturus, perpetuoque discursu illustraturus. *Privatim* hora VII. *Theologiam positivam* de novo præleget, & methodo quidem sibi hæctenus recepta, qua tum dogmata sacra debite explicantur, tum illorum historia in singulis traditur capitibus, tum denique, quo pacto ad praxin pietatis eadem dirigenda sint, dilucide ostenditur. *Historiam* quoque *Theologie literariæ*, quoad singulas ejus partes, futuris Theologis utilem non minus, quam jucundam, præeunte potissimum BUDDËO, rogatu quorundam, peculiari Collegio tradere constituit, ubi de hora quadam comoda fuerit conventum. Disputandi denique exercitium in b. FECHTII *Syllogen controversiarum* continuabit, ut ansam habeant Theologiae studio addicti, & confirmandi ea, quæ audiunt & legunt, & cognoscendi, quantum profecerint, quidque adeo valeant humeri, quid ferre recusent.

ERNEST. FRID. NEUBAVER,

SS. Theol. Prof. publ. extraord.

Iactis adhuc totius studii theologici fundamentis in præceptis *hermeneuticis*, nunc theologiam *dogmaticam*, bono cum Deo, superstruet, idque prælectionibus *publicis*, ad ductum

ductum *oeconomiae salutis evangelicae*, a ven. D. LANGIO scriptae, aperiendis. Elegit compendium istud, quod egregium fit & ita concinnatum, ut tum acuere iudicium, tum memoriam inuare possit, unde etiam iam olim a b. RAMBACHIO in hanc academiam fuit introductum. Lectioni adiunget, ut consuevit, diebus sabbati exercitium *disputandi*, in ipsum illum auctorem instituendum, nec non *examinatorium*, si ita placuerit. *Privatim* exegetica docebit, & vel euangelium *Mitthaei*, euangelistarum reliquorum harmonia simul ostensa, vel epistolam ad *ebraeos*, praec aliis difficilem, sed eximiam & totius veteris *oeconomiae* quasi clauem, enarrabit. Addet *historiam noui testamenti ecclesiasticam*, siue ad ven. D. LANGII compendium, methodi *angustelae* se cum primis commendans, siue ad illustris Tubingensium Cancellarii, ven. D. PFAFFII *institutiones historiae ecclesiasticae*, praecclaras eas materiisque refertissimas. Denique *disputationes* suscipiet interpreti *Wertheimensi* oppositas, *vindicias uniuersae theologiae christianae eiusque Mosaicae* complectentes. Coepta Numen secundet!

In Facultate Juridica.

D. JO. FRIEDER. KAYSER,

Consil. Hasso - Darmstatt. Antecessor & rerum Oeconomicarum in Alma Ludoviciana Inspector perpetuus.

IN lectionibus *Juris publ.* quas praeterlapso semestri inchoauimus, restant adhuc explicanda ultima quaedam capita, quibus absolutis, novum Collegium *Juris publ.* ad ductum CASP. HENRICI HORNII aperire non gratabitur. Ad *Jus Feudale Longobardicum* quoque commentabitur, praecunte STRYKIO in *Examine*, nec deerit Nobilissimis

mis Dn. Dn. Commilitonibus , si vel *ad Pandectas* , vel in aliis legitimae scientiae partibus operam industriamque suam excitare & impendere voluerint.

D. JOH. FRIED. WAHL,

P. P. O.

Publicas Lectiones ad SCHILTERI *institutiones Iur. Can.* continuabit , nova quoque collegia ad *institutiones Iustin. & STRUVII Iurisprudentiam* nec non ad *compendium Lauterbachium* inchoabit , collegium quoque practicum aperiet.

JOH. HARTMUTH RAYS,

Jur. Utr. Lic. Prof. extraord. & Facult. Jurid. Assessor.

In scholis publicis *Iurisprudentiam Struvii Forensis* explicabit : in privatis autem *Institutiones Iustinianae & Compend. Iur. Lauterb.* praeleget , atque praeter Collegium Iuris feudalis ad *Strykii Examen* institutendum , Practicum quoque secundum ejusdem Autoris *Introductionem ad praxin forensis* auspiciabitur , & processus nostri Hassiaci ordinationem in eorum maxime gratiam , quorum accuratorem hujus notitiam habere interest , cum illa ita conjunget , ut non tantum ejus differentiae a processu Iuris communis subinde tam verbis quam ipsis rerum argumentis ostendantur , sed etiam praelectionibus ad dict. *Introduct. finitis* peculiari hujus ordinationis expositio succedat.

ERNEST. CHRISTOPHORVS ARNOLDI,

Prof. Jur. extr. & Facult. Jurid. Assessor.

Publice brevem *Iuris publici* Hagen dabit. In privatis lectionibus *Institutiones & Digesta Iuris Justiniani* praeterito semestri absoluta redauspicabitur. *Ius quoque Feudale* ad ductum B. STRYKII interpretabitur , inque ceteris legitimae scientiae partibus illustrandis , diligenti Dn. Auditorum desiderio & utilitati paratam locabit operam.

In Facultate Medica.

JOH. CASIMIR. HERTIUS,

M. D. ejusque P. P. O.

Publice demonstrationes botanicas repetet: nec privatim in aliis mun-
neris sui partibus Nobiliss. Dnn. Commilit. deerit, eorundem se-
desiderio & captui accommodaturus.

LVD. HENR. LEO HILCHEN,

Medic. D. & P. P. O.

Publice Historiam Anatomiae & Physiologiae tradet. *Privatim,*
absoluta per semestre hibernum Anthropologia, ad Pathologiam
progredietur, universae vero Medicinae Cursum de novo auspica-
bitur, additurus, si desiderabuntur, plura.

D. GERARDUS TABOR,

P. P. O.

Publice Physiologiam, ad ductum Cl. COSCHWITZII Physiolo-
giae, docebit; & si quid aliud sit, quo *privatim* Dnn. Commi-
titorum desideriiis ac studiis inservire possit, lubens faciet.

In Facultate Philosophica.

CHRIST. FRID. AYRMANNVS,

Prof. p. Hist. & Bibliothecar. Acad.

Publice de Methodo & Adminiculis studiorum & doctrinae ele-
gantioris commentabitur; iam pridem hunc in finem peculiarem
librum,

librum, sub titulo Polyhistoris uniuersalis, parans. Priuatim ad studium Historiae uniuersae, variasque eius partes, manuducere paratus; nominatim Historiam Hassiacam; ad quam tradendam uberrimis nunc demum pollet subsidiis.

JACOBUS FRIDER. MÜLLER,

Philos. Prof.

Publice Ontologiam seu doctrinam de principiis cognitionis humanae generalibus hora XI. tradet, priuatim hora II. pomeridiana Logicam, hora IV. Jus Naturæ, & si qua alia in re poterit commoda studiosæ Juventutis promovere, neutiquam deerit.

IO. LVDOVICVS ALEFELD,

Philos. naturalis Profess. ordin.

Quam nuper nactus est, spartam pro viribus ornaturus, publice doctrinam de meteoris; priuatim uniuersam Philosophiam naturalem, viam monstrante celeb. VERDRIESII. acerbo academiae nostrae fato non ita pridem nobis erepti, introductione, tradet. Nec Ethicam tamen s. Philosophiam moralem, quam proximo semestri docere coepit, negliget; quin ea, quae in hac disciplina supersunt, intra mensium aliquot spatium, eadem, qua adhuc usus est, industria ad finem perducere studebit.

ERNEST. FRID. NEVBAVER,

Antiqq. itemque sacrarum & orientis lingg. P. P. O.

In recitationibus publicis dicta veteris nouique foederis probantia ex ebraeo pariter ac graeco fonte sollicite interpretabitur. In priuatis Iobum, vel quinque Megilloth, Canticum, Ruth, threnos, Coheleth & Estherae libellum philologica lectione absoluet. Offert etiam collegium in antiquitates ebraicas, nec non cursorium in noui testamenti libros. Adhaec docebit ex linguis orientalibus aethiopicam praecipue, si desideretur, ad magni IOBI LUDOLFI, harum Musarum Apollinis, praeccepta, ne haec lingua, paucissimis hodie cognita, & tamen non contemnen-

remnendum vsum in sacris veteris testamenti tabulis subministrans, plane inter nostrates aliquando intercidat.

CHRIST. LVD. GERSTEN,

Math. P. O. & R. S. Lond. Sod.

Publicis lectionibus Trigonometriam & Astronomiae partem Sphaericam destinat. Priuatim nihil praetermittet quod officii & studio-
sae Iuuentutis commodi ratio postulare videbitur.

IO. HERMANNVS BENNER

Eloq. Prof. Ord. & Paedagogiarcha.

Homerum publice ; priuatim latinam pariter ac teutonicam dicendi rationem exponet.

CHRISTOPH. LVD. RYDIGER

*Prof. Phil. extraord. Definitor & ad aedem D. Pancratii
Diaconus.*

Logicae nec non Metaphysicae superiori semestrali spatio traditae, vltus & adplicatio magis expedita vt reddatur, iuvat, methodo naturali conscriptum, ac germanico idiomate promulgatum Cel. Wolfii Tr. de actionibus hominum, ita enodare, & analyseos logicae & dogmatum moralium, ratio ut habeatur. Sicut & eorum commodis velificabitur, qui post breuem praeceptorum homileticorum formatam notionem publicis dein Veneris diebus ad populum congregatum concionibus, in praxin eadem deducere, peroptant.

Habebant etiam Generosi & Nobilissimi Cives commodissimam occasionem in arte equestri, in ludo palestra, in arte commode & perite saltandi, nec non in linguis exoticis, Gallica, Italica, apud exercitiorum istorum, & linguarum magistros, publica auctoritate constitutos, habiles admodum & idoneos, proficiendi, profectus suos augendi paratamque habilitatem perficiendi.